Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



61.

ergo omnino hominum liceat licet licea hanc paginam nostre
inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contra-
ire. Signis autem hoc attentare presumpseris, indi-
nationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli
apostolorum eius se noueris incursurum. Datum
lugduni VIII Idus Junii Pontificatus nostri anno se-
cundo.

In cuius inspectionis testimonium, sigillum no-
strum presentibus litteris duximus apponendum.
Datum anno domini Millesimo trecentesimo. In
vigilia Natiuitatis Virginis gloriose. Mense septembri.

Sigillo circumscriptum, quoad legi potest:
--RIS. THOM --- DE --- A. EPI. SVD -- id est: sigillum
Fratris Thome dei gratia Episcopi Sudensis. Ecclesiam inueniam in Indoli Geographia Ecclesiastica
Episcopatum Sudensem; tamen neque omnes Episcopatus in partibus infidelium, ab eodem auctore
recensitos esse recedo.

140) Datum lugduni quarto Kal. Maji, Pontificatus nostri anno secundo.

141) Datum lugduni sexto Nonas Maji, Pontificatus nostri anno secundo.

142) Datum lugduni decimoquinto Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio quarto.

143) Datum lugduni V Kal. Maji, Pontificatus nostri anno sexto.

144) Hoc privilegium ab Hartmanno Episcopo Augustano recognitum, e tabulario Stamsensi recito: n. 1.

Hartmannus dei gratia Ecclesie Augustensis Episcopus
Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et notitiam subscriptorum. Vniuersitati
ac singulis tenore presentium exprimus esse notum
quod nos indulgentiam domini Innocentii pape Quarti Ordini Cisterciensi generaliter concessam uidimus
diligenter perspeximus de verbo ad verbum non cancellatam non rasam non abolitam nec in parte aliqua
vitiatam ac vera bulla bullatam talia continentem.

Innocentius Episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus